

Orso di Melfi

XXII 13

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Orso di Melfi

XXII 13

1126-03

Incarnati verbi Dei anno millesimo centesimo vicesimo sexto, mense martio, quarta indictione.

Ego Urso filius Maraldi civitatis Melfi in eadem civitate coram bonis hominibus, voluntarie per fustem trado in vicaria Nicolao filio Iohannis iudicis medium unius case intus in predicta civitate que est per hos fines: primo medio pariete e domus Maionis filii Atti et suorum sortificum; secundo pergit via publica; tertio medio pariete e domus Petracce filii Pardi; quarto est litus maris. Et pro eadem mea vicaria recepi ab eo tertiam partem de casa et curte retro eandem casa intus in predicta civitate que est iuxta ecclesie Sancti Andree. Quatinus hec mea vicaria amodo sit in potestate et dominatione sue suorumque heredum tenendi, dominandi et omnia faciendi quod voluerint cum ingressu et regressu suo et cum omnibus que intra continetur sine mea meorumque heredum contradictione et inquisitione. Deinde voluntarie guadium ei do et meipsum mediatorem pono, ut ego et mei heredes defendamus sibi suisque heredibus predictam vicariam a debito et servitio domnico et a parte uxoris mee et ab omnibus que illos exinde quesierint aliquo modo. Quod nisi ut prelegitur eis adimpleverimus, demus eis pro pena viginti solidos bonos principatus et postmodum quod supra legitur eis adimpleamus. Licentiamque ego ipse mediator tribui eis pignerandi me vel meos heredes per omnes res nostras licita et illicita pignera sine appellu donec quod prelegitur eis adimpleamus.

Et hoc brebe scripsit Leo notarius qui interfuit. # Ego Bisantius testis # Ego Donatus testis